

bus quod præcepta populo suo dedit de gratia & voluntate ipsius testificantia. Nisi dilexisset eos, nihil illis utique præceptorum dedisset. Deinde prædicat de Deo, quod sacerdotes & invocatores habuerit. Hos ordinaverat populo suo, idque duplici nomine. Primum, ut essent interpretes voluntatis suæ ad populum, & custodes cultus sui. Deinde, ut pro populo apud se intercederent. De primo est illud: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem Dei requirent ex ore eius, quia nuncius Domini exercituum est. De altero multa sunt testimonia in lege. Sic videlicet populi sui, quem elegerat, infirmitatem considerabat, ideoque viros illis dabat, qui eos & instruerent, & in gratia sua retinerent. Erat ea res pædagogia quædam, quæ publica & Ecclesiastica precatone & oblatione per sacerdotes dispensata administrabatur. Iam verò in nouo Testamento, reserato sancto sanctorum, & via per sanguinem Christi ad thronum gratiæ aperta, quotquot Christiani sumus, tanquam veri sacerdotes intercedendi ad Deum alius pro alio prærogatiuam acquisiimus. Tertio commemorat etiam de columna nubis, in qua præsentiam suam Deus visibili signo exhibuerit, & è qua ad seruos suos loquutus sit. De hac vide supra Psal 88.

Malach. 2.

1. Pet. 2.

4. Quarto, dat Deo, quod ministros suos ad se pro populo intercedentes exaudierit, illorumque nomine delictis suorum pepercerit.

5. Quinto, adscribit illi & hoc, quod ministros adeò charos habuerit, ut acriter in eos animaduernerit, qui prauis studijs ministerio illorum repugnassent.

OBSER. Verj. vis.

Extollite Dominum Deum nostrum. ] 1. Notandum hîc est, quanta cum gratitudine agnoscenda sit hæc beneficentia Dei, qua populo suo dat verbum vitæ, dat ministros fideles, aperit aures suas ad preces eorum qui se inuocant, & punit rebelles, ac studia illorum vlciscitur, Nam horum nomine hortatur nos Propheta ad doxologiam Deo nostro persoluendam, dicens: Extollite Dominum Deum nostrum. Non dicitur Extollite Moysen, Aaronem & Samuelem, & inuocate, adorate & colite eos, quoniam sancti sunt: quæ forma loquendi Papisticæ doctrinæ conformis esset: sed, Extollite inquit, Dominum Deum nostrum.

Quoniam sanctus Dominus Deus noster. ] 2. Duo notabis hîc obiter: vnum, quod Dominum Deum nostrum dicit esse sanctum: hoc est sublimem, magnum augustum, gloriosum, & terribilem super omnia. Alterum, quod ob id montem Sion sanctum vocat quod Deus, cui erat deputatus, sanctus est. Ergo sancta sunt nobis habenda omnia illa, quæ ad Dominum Deum nostrum pertinent, illique sunt deputata. Sic sancti sunt illius ministri, sanctum ministerium verbi, sancti omnes illius fideles, sancti conuentus sancta ipsa loca Ecclesiastica, sancti dies nomini ipsius deputati. Consideratio hæc, nostro præsertim seculo, summo opere fuerit necessaria.

PSALMVS C.

PSALMVS AD AGENDVM GRATIAS.

ARGVMENTVM PSALMI.

Dimidia pars Psalms 59. eiusdem est argumti.

Esti epigraphæ mentem & vsus Psalms huius non indicaret, ipsa tamen illius verba per se tam sunt clara, ut in promptu videre sit, quid agat hîc Spiritus sanctus. In summa bimembri est hic Psalmus. Primum illius membrum ἑσκαληνικὸν est. Hortatur enim & aduocat populum Dei, ut cum gaudio, exultatione, gratiarum actione & laude in conspectu & atrijs Domini Dei sui appareant omnes. Alterum membrum ἑσκαληνικὸν habet. Prædicat enim de Deo quædam, talia videlicet, quibus animos nostros ad ea excitet ad qua nos hortatur: utpote quod ipse sit Deus, quod nos condiderit, & quod vsque adeò sit bonus ut bonitas & fides eius durent in sempiternum.

VERS. I.



V BILATE Domino omnis terra.

2. Colite Dominum cum gaudio: venite in conspectum eius cum exultatione.

3. Scitote quod Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos: populus eius, & oues pascuorum eius.

4. Venite per portas eius cum gratiarum actione in atria eius cum laude: laudate eum, benedicite nomini eius.

5. Quoniam bonus Dominus, in seculum bonitas eius, & vsque ad generationem & generationem fides eius.

LECTIO. Verj. 3.

Et non ipsi nos. ] Ebr. וְלֹא אֲנַחְנוּ: id est, Et non nos. Sic & Grec. καὶ ἡμεῖς. Hieron. legit: Ipse fecit nos, & ipse sumus. sequutus Chald. paraphrasten. Nam pro וְלֹא אֲנַחְנוּ legit, וְלֹא אֲנַחְנוּ: id est, Et eius nos sumus. Arabs sic: Et non nos.

Populus eius, & oues pascuorum eius. ] Ebr. עֲבָדֵי מִרְעִיתָיו. Potest hæc particula trifariam legi. Primum sic ut iungatur præcedenti ad hunc modum: Ipse fecit nos, & non ipsi nos, populum suum (fecit) & oues vel gregem pascuorum suorum. Deinde sic, ut applicetur sequentibus hoc modo: Populus eius, & oues pascuorum eius, venite per portas eius, &c. Sic legit Latina vulgata versio. Tertio sic, ut nec præcedentibus nec sequentibus iungatur, sed absolutè legatur ad hunc modum: Populus eius sumus, & oues pascuorum eius. Hanc lectionem habent Septuaginta, qui sic legunt: ἡμεῖς ἔσμεν λαὸς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα νομῆς αὐτοῦ. In reliquis nihil est, quod admodum discrepet, nisi quod in ultimo versu חסד & אֱמִנָה plerique secunda Septuaginta misericordiam & veritatem reddunt.

EXPLANATIO. Verj. 1. & 2.

Jubilante Domino omnis terra. ] Omnem terram hîc de terra Israël accipio. Germanicè, Alles Land. Nā versu tertio patet, Prophetam populū Dei alloqui, quæ vocat oues pascuorum Dei. Vfus huius Psalms apud

... eos fuit, qu...  
... Vnde Chald...  
... gratiaru...  
... Dei cum gaudi...  
... terram Israe...  
... & sec...  
... velu...  
... Quid deo qu...  
... Deu...  
... nisi vni...  
... electio...  
... Hieronymi, ut leg...  
... Domini...  
... & secundum...  
... eiu...  
... quarto red...  
... Dei, vel...  
... ac nomini ei...  
... est, sacrificij...  
... bene dicere no...  
... nisi quæ...  
... potremo...  
... dicit: Qu...  
... de eo prædi...  
... ac si dei De...  
... etiam hic...  
... indicetur...  
... ad...  
... hoc Pi...  
... quo De...  
... Domini...  
... siue illas ar...  
... videlicet...  
... qui externis...  
... Deinde obseru...  
... eius terræ, quæ...  
... Domini...  
... eius cent...  
... ad ver...  
... Tertio. Nec illa...  
... diuinitas fuerat...  
... decet populu...  
... Deus: veru...  
... eadem sunt fid...  
... edificentur...  
... Quarto. Expen...  
... pertinet ill...  
... dam est...  
... ipse, in qui...  
... nos nostri...  
... nos Germa...  
... esse nos in al...  
... Dominum Deum...  
... gregem pascuorum...  
... cum...  
... est. Quod...  
... ac fidei Dei, ear...  
... historias sacræ S...  
... itaque, qua c...  
... grex, qua etiam...  
... id quæ...  
... Parit eni...  
... quibus nemo D...